

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Medicina b  
cum fonte primo

Contraria

diuine conditioni precepta medicine sunt; a ieiunio reuocant, lugubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat.

Ambrosius super Psalmum CXXX.

contraria

autem studiosis

diuinae cognitionis praecepta medicinae sunt; a ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat;

qui autem quaerit salutare dei, Christum sequitur, qui dicitur salus dei, non quae corporis, sed quae aeterna sunt quaerens, cum hoc in corpore conuersetur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 22, 23, 2-3 (CSEL 62, M. Petschenig ed., p.500, ll.15-21).